

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Jodoci Badij asce[n]sij Stultifer[a]e navicul[a]e seu
scaph[a]e, Fatuarum mulierum: circa sensus quinq[ue]
exteriores fraude nauigantium ...**

Badius Ascensius, Jodocus

[Straßburg], 1502

VD16 B 145

Stultoz sensuū nauis

[urn:nbn:de:bsz:31-294548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-294548)

Stultoꝝ sensuū navis.

cū plerūq; obortus causa fiat odor lucernarū extinguitur. His principijs nascunt tyranni, carnifex his animus. Tu q; corporis viribus fidis: tu q; fortune minus: nera amplexaris: & te ne alumnū quidē eius existimas: sed partū. Tu cuius semp in victoria mens, tu qui te deū credis/ aliquo successu tumēs: tāti tñ perire potuisti: atq; etiā hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiā vt Anacreon poeta acino vire passe: vt fabius senator pretor in lactis haustu vno pilo strāgulatus. Is demū pfecto vitā equa lance pensitabit: qui semper fragilitatis humane memor fuerit. Hęc plinius. Ad que multa sacre scriptura testimonia afferre possem: Vt illud lob. xiiij. Homo natus de muliere breui viuens tpe/ repletur multis miserijs & cetera. Sed quis nō vidit hūanas miseras: quis nō dedit illius primę stulticię pœnas. Atq; vitā non tam frequentes illius viueremus se quaces, summū pfecto amentię indicū. Si etem vīam cuius exitum nescias neq; periculum feceris: in gredi stultū est: quānā demētia erit: eam ingredi in quā ingredientes nisi reuertant scimus omēs ad interitū tendere. Scimus aut omēs q; qui sensualitatis viam: breuē quidem voluptatem hic habituri: nec merā tamen sed multis calamitatibus atq; amaritudinibus immixtam: ad interitū tendant: contracti q; per baptismalem innocentia: aut p secundam post naufragiū tabulam: pœnitentiā dico arduā virtutis viam ascendunt: salutis eterne portū cōtingant. Vn de dicit Marcus cato in orōne ad milites numantię habita vt recitat Aulus gelius li. xvi. ca. i. Cogitate cū animis vestris: si quid vos p laborem recte feceritis: labor ille a vobis cito recedet: benefactum a vobis dū viuetis nō abscedet. Sed si qua p voluptatem

Noct vppertim

Anacreon
Fabius

Plinius.

Iob. xxx.

*Salutem arg
vini*

Marcus
Cato
Aulus gel